CATONIS
DISTICHA
MORALIA.


1581.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

48. – 104.
Box

LN 488
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

CATONIS:
DISTICHA MORALIA.

HAFNIAE

Excudebat Andreas Gutterwitz.

ANNO

M. D. LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

CVM ANIMADVERTEREM, quàmplurimos homines grauiter errare in via morum, ſuccurrendum & conſulendum eorum opinioni fore exiſtimaui: Maximè vt glorioſè viuerent, & honorem contingerent. Nunc te fili chariſsime docebo, quò pacto mores animi tui componas. Igitur præcepta mea ita legas vt intelligas. Legere enim & non intelligere, eſt negligere. Itaq; Deo ſupplica. Parentes ama. Cognatos cole. Magiſtrum metue. Datum ſerua. Foro te para. Cum bonis ambula. Ad conſilium ne acceſſeris antequam voceris. Mundus eſto. Saluta libenter. Maiori cede. Minori parce. Rem tuam cuſtodi. Verecundiam ſerua. Diligentiam adhibe. Libros lege. Quos legeris memento. Familiam cura. Blandus eſto. Iraſci abs re noli. Neminem irriſeris. Vel miſerum non irriſerit, Mutuum dato. Cui

des

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

des videto. Iudicio adeſto. Conuiuare raro. Quod ſatis eſt dormi. Iuſiurandum ſerua. Vino te tempera. Pugna pro patria. Nil temere crediderís. Tu te conſule: Aut, tuto conſule. Meretricem fuge. Literas diſce. Nil mentiri debes. Bonis benefacito. Maledicus ne eſto. Exiſtimationem retine. Aequum iudica. Parentes patientia vince. Beneficij accepti memor eſto. Ad prætorium ſtato. Conſultus eſto. Vtere virtute. Iracundiam tempera. Trocho lude. Aleas fuge. Nihil ex virium arbitrio feceris. Minorem te ne contempſeris. Aliena concupiſcere noli. Coniugem ama. Liberos erudi. Patere legem, quam ipſe tuleris. Pauca in conuiuio loquere.

Illud ſtude quod iuſtum eſt.

Amorem libenter

ferto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

LIBER PRIMVS.

SI DEVS eſt animus, nobis vt carmina dicunt.
Hic tibi præcipuè ſit pura mente colendus.
Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto
Nam diuturna quies vitijs, alimenta miniſtrat.
Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam.
Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere.
Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe.
Conueniet nulli, qui ſecum diſsidet ipſe:
Si vitam inſpicias hominum: ſi denique mores.
Cùm culpent alios, nemo ſine crimine viuit.
Quæ nocitura tenes, quamuis ſint chara, relinque.
Vtilitas opibus præponi tempore debet.

Con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Conſtans & leuis, vt res expoſtulat, eſto.
Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.
Nil temere vxori de ſeruis crede querenti.
Sæpe etenim mulier, quem coniunx diligit odit.
Cumq; mones aliquem, nec ſe velit ipſe moneri.
Si tibi ſit charus, noli deſiſtere cœptis.
Contra verboſos noli contendere verbis.
Sermo datur cunctis animi ſapientia paucis.
Dilige ſic alios, vt ſis tibi charus amicus.
Sic bonus eſto bonis, ne te mala damna ſequantur.
Rumores fuge, ne incipias nouus auctor haberi.
Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.
Rem tibi promiſſam, certo promittere noli.
Rara fides, ideo, quia multi multa loquuntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Cùm quis te laudat, iudex tuus eſſe memento.
Plus alijs de te, quàm tu tibi credere noli:
Officium alterius, multis narrare memento.
Atq; alijs, cùm tu benefeceris ipſe, ſileto.
Multorum cùm facta ſenex & dicta recenſes,
Fac tibi ſuccurrant, iuuenis quæ feceris ipſe.
Ne cures, ſi quis tacito ſermone loquatur.
Conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici.
Cùm fueris fœlix, quæ ſunt aduerſa caueto,
Non eodem curſu, reſpondent vltima primis.
Cùm dubia & fragilis ſit nobis vita tributa,
In mortem alterius ſpem tu tibi ponere noli.

Exiguum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Exiguum munus cùm dat tibi pauper ami-
cus.
Accipito placidè plene & laudare me-
mento.
Infantem nudum, cùm te natura crea-
uit.
Pauperitatis onus patienter ferre memen-
to.
Ne timeas illam, quæ vitæ eſt vltima
finis
Qui mortem metuit, quod viuit perdit id-
ipſum.
Si tibi pro meritis nemo reſpondet ami-
cus
Incuſare DEVM noli, ſed te ipſe
coërce.
Ne tibi quid deſit, quæſitis vtere parce.
Vtque quod eſt ſerues, ſemper tibi deeſſe
putato.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

DE VERBORVM ſimplicitate.

Quod præſtare potes, ne bis promiſeris vlli.
Ne ſis ventoſus, dum vis vrbanus haberi.
Qui ſimulat verbis nec corde eſt fidus amicus.
Tu quoque fac ſimile, ſic ars deluditur arte.
Noli homines blandos nimium ſermone probare.
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decepit auceps.
Si tibi ſint nati, nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue, quò poſſint inopem defendere vitam

DE RERVM ÆSTI-matione.

Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Quod vile eſt charum, quod charum eſt vile putato.
Sic tibi nec parcus, nec auarus habeberis vlli.

ILLA CAVETO, QVÆ alios cauenda docuiſti.

Quæ culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe.
Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.
Quod iuſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum.
Nam ſtultum eſt petere, quod poſsit iure negari.
Ignotum tibi tu noli præponere notis.
Cognita iudicio conſtant incognita caſu.
Cùm dubia incertis, verſetur vita periclis.
Pro lucro pone diem, quicunq; laboras.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Vincere cum poſſis, interdum cede ſodali,
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.
Ne dubites cum magna petas, impendere parua,
His etenim rebus, coniungit gratia charos.
Litem inferre caue, cum quo tibi gratia iuncta eſt,
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Seruorum ob culpam cùm te dolor vrget in iram,
Ipſe tibi moderare, tuis vt parcere poſsis.
Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo,
Maxima enim morum ſemper patientia virtus.
Conſerua, potius, quæ iam ſunt parta labore,
Cum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Dapſilis interdum notis, & charus amicis,
Cum fueris fœlix, ſemper tibi proximus
eſto.

FINIS LIBRI
Primi.

LIBER SECVNDVS.

Telluris ſi fortè velis cognoſcere cultus,
Vergilium legito. Quod ſi magne ſe
noſce laboras.
Herbarum vires, Macer tibi carmine dicet.
Si Romana cupis, & punica noſcere bella,
Lucanum quæras, qui Martis prælia dicet.
Si quid amare libet, vel diſcere amare legendo.
Naſonem petito. Sin autem cura tibi hæc
eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Vt ſapiens viuas, audi, quò diſcere poſ-
ſis.
Per quæ ſemotum vitijs traducitur æuum.
Ergo ades, & quæ ſit ſapientia diſce le-
gendo.
Si potes, ignotis etiam prodeſſe memen-
to.
Vtilius regno, meritis acquirere amicos.
Mitte arcana DEI, cœlumq́ inquirere
quid ſit.
Cum ſis mortalis, quæ ſunt mortalia cura.
Linque metum lethi, nam ſtultum eſt tem-
pore in omni.
Dum mortem metuis, amittere gaudia vi-
tæ.
Iratus, de re incerta contendere noli.
Impedit ira animum, ne poſsit cernere ve-
rum.

DE SVMPTVVM ET expenſarum honeſtate.

Fac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Fac ſumptum propere, cum res deſiderat ipſa.
Dandum etenim eſt aliquid, cum tempus poſtulat aut res.
Quod nimium eſt fugito, paruo gaudere memento.
Tuta mage eſt puppis, modico quæ flumine fertur.
Quod pudeat ſocios prudens calere memento.
Ne plures culpent, id quod tibi diſplicet vni.
Non putes prauos homines peccata lucrari.
Temporibus peccata latent, & tempore patent.
Corporis exigui vires contemnere noli.
Conſilio pollet, cui vim natura negauit.
Quem ſcieris non eſſe parem tibi, tempore cede.
Victorem à victo ſuperari ſæpe videmus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Aduerſus notum noli contendere verbis,
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.
Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte,
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.
Inuidiam nimio cultu vitare memento,
Quæ ſi non lædit, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.
Eſto animo forti, cũ ſis damnatus iniquè,
Nemo diu gaudet,qui iudice vincit iniquo.
Cum tibi vel ſocium, vel fidum quæris amicum,
Non tibi fortuna eſt hominis ſed vita petenda.
Litis præteritæ noli maledicta referre,
Poſt inimicitias iram meminiſſe malorum eſt.
Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe,
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Vtere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Vtere quæſitis modice, cum ſumptus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.
Inſipiens eſto, cum tempus poſtulat aut res
Stulticiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt.
Luxuriam fugito, ſimul & vitare memento.
Crimen auaritiæ, nam ſunt contraria famæ.
Noli tu quædam referenti credere ſemper,
Exigua eſt tribuenda fides, qui multa loquuntur.
Quod potu peccas, ignoſcere tu tibi noli,
Nam nullum crimen vini eſt, ſed culpa bibentis.
Conſilium arcanum tacito committe ſodali,
Corporis auxilium medico commite fideli.

Succeſſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte.
Indulget fortuna malis, vt lædere poſsit.
Proſpice qui veniunt, hos caſus eſſe ferendos.
Nam leuius lædit, quicquid præuideris ante.
Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli.
Spem retine, ſpes vna hominem nec morte relinquit.
Rem tibi quam noſcis aptam, demittere noli.
Fronte capillata eſt poſt hæc Occaſio calua.
Quod ſequitur ſpecta, quodq́ imminet ante videto.
Illum imitare Deum qui partem ſpectat vtramq́.
Fortior vt valeas interdum parcior eſto.
Pauca voluptati debentur, plura ſaluti.

Iudicium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Iudicium populi nunquam contemſeris vnus.
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.
Sit tibi præcipuè, quod primum eſt, cura ſalutis.
Tempora ne culpes, cum ſis tibi cauſa doloris.
Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Cum vigilat ſperans, per ſomnum cernit idipſum.

FINIS LIBRI
Secundi.

LIBER TERTIVS.

HOC quicunq; cupis carmen cognoſcere lector,
Hæc præcepta feres, quæ ſunt gratiſſima vitæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Inſtrue præceptis animum, nec diſcere ceſſes,
Nam ſine doctrina vita eſt, quaſi mortis imago.
Commoda multa feres, ſin autem ſpreueris illud,
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.
Cum rectè viuas, ne cures verba malorum,
Arbitrij noſtri non eſt, quid quiſq́; loquatur.
Productus teſtis (ſaluo tamen ante pudore.)
Quantumcunq́; potes, celato crimen amici.
Sermones blandos blæſoſq́; cauere memento,
Simplicitas veri ſana eſt, fraus ficta loquendi.

Segni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Segniciem fugito, quæ vitæ ignauia fer-
tur.
Nam dum animus languet, conſumit iner-
cia corpus.
Interpone tuis interdum gaudia curis,
Vt poſsis animo, quemuis ſufferre laborẽ.
Alterius dictum aut factum, ne carpſeris
vnquam,
Exemplo ſimili, ne te derideat alter.
Quæ tibi ſors dederit, tabulis ſuprema no-
tato,
Augendo ſerua, ne ſis quem fama loq-
tur.
Cùm tibi diuitiæ ſuperant in fine ſenectæ,
Munificus facito viuas, non parcus, amicis
Vtile conſilium dominus ne deſpice ſerui,
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, tempſeris vn-
quam.
Rebus, & in cenſu, ſi non eſt quod fuit
ante,
Fac viuas contentus eo quod tempora præ-
bent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Vxorem fuge, ne ducas ſub nomine dotis.
Nec retinere velis, ſi cæperit eſſe moleſta.
Multorum diſce exemplo, quæ facta ſequaris,
Quæ fugias, vita eſt nobis aliena magiſtra.
Quod potes id tentes, operis ne pondere preſſus.
Succumbat labor, & fruſtra tentata relinquas.
Quod noſti haud rectè factum, nolito tacere.
Ne videare malos imitari velle tacendo.
Iudicis auxilium, ſub iniqua lege rogato.
Ipſæ etiam leges cupiunt, vt iure regantur.
Quod merito pateris, patienter ferre memento,
Cumq́; reus tibi ſis, ipſum te iudice damna.

Multa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Mul tibi contingat ſtudio cognoſ
ta.
Nam ſcas multa, & vites nil velle doce
Poëta
Inter is verbis nudis me ſcribere verſus.
Ne breuitas ſenſus fecit coniungere bi-
beri.
Con
N
n.
Q
q
da
Q
rum
Vxor
mento
N
ta

F I N I S.

ſub nomine do
rit eſſe moleſta.
quæ facta ſi
his aliena mag
ris ne ponder
tra tentata re
tum, nolito ta
velle tacendo.
lege rogato.
vt iure regan
ter ferre me-
indice dam-
Multa

Vxorem, fuge, ne ducas ſub nominearen-
tis.
Nec retinere velis, ſi cæperit eſſe mœus eſſe
Multorum diſce exemplo, quæ fa
quaris,
Quæ fugias, vita eſt nobis aliena
ſtra.
Quod potes id tentes, operis ne pon
preſſus.
Succumbat labor, & fruſtra tentata re
linquas.
Quod noſti haud rectè factum, nolito ta
cere.
Ne videare malos imitari velle tacendo.
Iudicis auxilium, ſub iniqua lege rogato.
Ipſæ etiam leges cupiunt, vt iure reg
tur.
Quod merito pateris, patienter fer
mento,
Cumq́ reus tibi ſis, ipſum te iudice da
na.

Multa

Cum tibi contingat ſtudio cognoſ
multa,
Fac diſcas multa, & vites nil velle doceri.
Miraris verbis nudis me ſcribere verſus.
Hos breuitas ſenſus fecit coniungere binos.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Vx.



HAFNIÆ

IMPRESSIT ANDREAS GVTTERVITZ.

ANNO

M. D. LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°

HOFBOGBINDER
CARL PETERSENS
ENKE
KJØBENHAVN
GRUNDLAGT 1864

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 488 8°